

XXXI. IVLII.

PRIDIE CAL. AVGV.

ΙΑΥΝΤΗ ΙΙΙΙ.

ΠΑΝΕΜΟΣ.

AVGVSTVS DUCIS HENRICI F. DUX SAXONIE
natus est anno 1526, mane 3 s. minutis post quintam horam,
Hoc die inter 5- et 6- hora resplendentiam
mantur scelerum mire chariss. Iudicis Pape
lisp, Rostochij.

SIRIVS CANICVLA
mane cum Sole oritur.

AVGVSTVS.

OLIM DICTVS

SEXTILIS.

ΔΝ AB
QVINTVS.

ΑΓΩΣ.

SVID. Δῶρος ὄνομα μικρὸς πρώτης μακρού
δόσιν, ὁ Αὔγυρος.

ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ.

Demost. πρὸι σεφάνου εχ Epistola Philippi regis Macedonum: τοὶ ἀνεῳτες μικρὸς λώον ὡς ἀμέτης ἄπομπον, ὡς δὲ ἀδίλωδοι βοηδρομιῶνθ', ὡς δὲ κοσμίδιοι, πανέμου. Hoc mense celebrata esse ΜΥΣΤΗΡΙΑ magna, testatur Plutarchus in Demetrio inquietus: Ἀλλὰ τὰ μικρὰ μυστήρια τοῦ Ἀνδεσκητῶνος ἐπελούστο, τὰ δὲ μεγάλα τοῦ βοηδρομιῶνος. ἐπώπτευον δὲ Τουλάχισον όπη τῷ μεγάλων ἀνιαυτὸν διαλείρυντες. Et Demosth. 3. Olynthia: de Boëdromione loquens: τότο τὸ μικρὸς μόγις μετὰ μυστήρια δέκα ναῦς ἀπεστέλλεται.

ΜΕΣΟΡΗ.

VINcula post PETRI patitur LAVENTIVS
ignes.

Impie Mœche dabas meretrici colla IOHANNIS.

I. AVGVSTI.

CALENDÆ SEXTIL.

VINCVL A
PETRI.

AARON primo die V. mensis
iussus cum filio ELEAZARO &
fratre MOSE ascendere in montem
HOR, & uestes sacerdotales sibi detractas induere filio,
MORTVVS EST, agens annum etatis 23. supra cente-
simum, anno 40. post exitum ex Aegypto, 4. mensibus post
obitum sororis Miriam, Numeri 20 & 33.

ESDRAS legis diuinæ callentissimus, impetrata po-
testate redeundi in patriam, acceptis item literis ad Iudeæ Sa-
trapas, & muneribus amplissimis à Rege Artaxerxe Longima-
no, filio Xerxis, cum magna multitudine Iudeorum hoc dic
Hierosolymam ingreditur, & à tota multitudine, que ante an-
nos 80. cum Zorobabel & Iesu sacerdote summo ascenderat
primo anno Cyri, cum maxima leticia excipitur, anno ante
Christum natum 457. quibus si addes etatem Christi in carne,
53. annos, habebis annos 490. quot efficiunt 70. Hebdoma-
des à Daniele prædictæ, quas ideo aliqui ab hoc Esdræ aduen-
tu numerandas censuerunt.

FRIDERICVS VICTORIOSVS Palatinus
Rheni natus est anno 1425. hora 8. p. m.

ALBERTVS Saxoniæ Dux pater GEORGII &
HENRICI ducum Saxoniæ, nascitur in arce GRIMMA
anno 1445.

EX V.
A.D.O.Z.

BUDAPOMIAN.

MEZOPH.

CLADES CAN-
NENSIS.

Horribili clade cæsi sunt Romani ab Hannibale ad CAN-
NAS Macrob. lib. i. Satur. cap. 16. Gell. lib. 5. cap. 17.

M A X I M I L I A N V S ARCHIDVX AV-
STRIÆ Regis Ferdinandi primogenitus natus est Vienna
manc intra primam & secundam horam anno 1527.

II. AVGVSTI.

III. NONAS.

VVOLFGANGVS PRINCEPS IN AN-
HALT ET ASCANIA natus est anno 1492. minutis
40. post sextam matutinam.

SIGISMUNDVS AVGVSTVS REX PO-
LONIAE nascitur anno 1520. minutis 38. ante tertiam
horam matutinam.

VITVS ORTEL Vuinhemius Medicæ artis Doctor
natus est anno Christi 1501. dimidia hora post meridiem.

Hafnia moritur Dux Androsas Barbi
viii anno iudicis, et in tracto i. dñi millesimo
sapientissimus, et felicissimus singulari preceps.

III. AVGVSTI. Anno 55
55 v.

III. NONAS SEXTIL.
PVGNA AD
PLATAEAS.

Ἄρος.

Ingens Persarum exercitus, quem post fugam Xerxis in
Bœotia ad subigendam Greciam retinuerat MARDONIUS
VS, uictus ac foeda strage easus est ad PLATAEAS duce
PAVSANIA. Plutarch. Camillo.

Idem Plutarchus in Aristide de hac pugna sic scribit: Ταῦ
πιν τὸν μάχην ἐμάχεσθαι τῇ πετράδι, τῷ βοηθομένῳ
ἰσαρβίου κατὰ Αδικαίους, κατὰ δὲ βοιωτοὺς πετράδι τῷ πα
νέμου φθίνοντι, οὐδὲν δὲ τὸ ἔλλασικὸν ἐν πλαταιᾶς
ἀθροίζεται σωέγγοις, καὶ δύνονται τῷ δὲ ἀλευθερῶι Διὶ ταῖς
ταῖς ὑπόρειαις νίκης.

Eodem die clavis Persica uicta est ad MYCALEN pro
montorium Asie in Caria à XANTIPPO patre Periclis.
Plutarch. in Camillo.

JOHANNES MARCHIO BRANDEBVR
GENSIS frater IOACHIMI II. Electoris, nascitur
anno 1513. dimidia hora post tertiam pomeridianam.

Anno 1559. tertia die Augusti in
meridie decessit ex hac vita cariss. filia
nra Dorothea Roschilde, secesserat ibi
dem in AQVILA matutino occidit.
templo Sancti Lucij.

ΒΟΗΘΟΜΕΝΟΝ.

ΜΕΣΟΡΗ.

CICERO EIECTVS
IN EXILIVM.

Pridie nonas Sextiles Cicero Dyrrachio profectus est
Brundusium ipso illo die, quo lex de ipsa lata fuerat à Claudio
ante annum. Epist. I. lib. 4. ad Atti.

ΠΛΟΚΑΜΟΣ. Coma Berenices matuti
no oritur.

V. AVGVSTI.

NONAE SEXTILES.

ΣΕ Β.

ΑΡΘΟΣ.

CICERO AB EXILIO REVOCATUS Brutus
dussum uenit, magnifice ab omnium uicinorum urbium ciuiibus
exceptus.

Idem dies fuit natalis BRVNDVS INAE urbis et
TVLLIAE FILIAE CICERONIS, ut testatur ipse
in oratione pro Publio Sestio, ubi locus corruptus restitui po-
test ex prima Epistola libri quarti ad Atticum.

C. Iunius Bubulcus Brutus COS. de Samnitibus triuia
phauit anno urb. 442.

Inter HENRICVM et CVNRADVM Quar-
tum Reges Romanorum iuxta Moenum ad Francofordiam pres-
lium commissum: in quo ingenti clade Cunradus superatus est
Anno Christi 1247.

24. Hoc die veni cum uxore mea,
et filia nostra primogenita in Da-
niam, ex portu Rostochiensium.
Anno 1557.

ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ.

ΜΕΣΟΡΗ.

VICTORIA MA-
RATHONIA.

VI. AVGVSTI.

VIII. IDVS.

SIXTUS.

Medorum maximus exercitus, quem exul Atheniensis
HIPPIAS PISTRATI Tyranni filius in Atticam
adduxerat, ab exiguis copiis Atheniensium ad MARATHO-
NEM fatus ac fugatus est duce MILTIADE. Plutarch.
in Camillo.

Hoc die MAHOMETES II. Imperator Turcicus
paùlo post captum Constantinopolim cum ducentis milibus
Turcarum Hungariam ingressus, ab oppugnatione BELGRA-
DI, uirtute IOANNIS HVNIADIS cum exigua
Hungarorum manu repulsus est, castrisq; exutus, accepto nul-
lere agre euasit, anno 1456.

VII. AVGVSTI. VII. IDVS.

Mensis V. die VII. remissus in Iudeam à Nabuchodonosor
Rege Babylonico princeps Nabuzardan cum exercitu post dis-
reptam antea urbem, & abductum regem Sedechiam, TEM-
PLVM HIEROSOLYMITANVM ET VR-
BEM TOTAM INCENDIT. 4. Reg. 25. cap.

DS V.

ΑΓΩΣ.

ΒΑΣΙΛΙΣΚΟΣ Cor Leonis mane ori-
tur, & vesperi occidit cum Sole.

ΒΟΝΔΡΟΜΙΑΝ.

ΜΕΣΟΡΗ.

HENRICVS III. IMPERATOR moerore ani-
mi debilitatus, cum filius Henricus V. incitatus contra patrem
à pontifice Romano & Episcopis, ipsi non modo Imperij insig-
nia extorsisset, sed etiam palam bellum denunciatet, nisi ad ip-
sius colloquium, ut priuatus, accederet, hoc die moritur, & ca-
daver eius sepultum Leodij, mandato Pontificis Romani rursus
ex sepulchro extractum, stetit quinque annum totum in feretro,
antequam placatis Episcopis iterum potuerit sepeliri.

IOACHIMVS PRINCEPS IN ANHALT
ET ASCANIA natus est anno Christi 1509. minutis 24.
post quintam matutinam

Q. Fabius Max. contra Allobrogum gentes Arverno-
rumq; pugnans, in acie febri quartana liberatus est Plin: lib. 7.
cap. 50. Fuit hic L. Opimius collega in consulatu anno urb.
633.

Anno 1565. moritur honestiss. et integriss.
vir Dns Baltazar Keplerus Lipsiensis, mon-
tarius reipub. Rostochiensis, summa necessi-
tudine mihi coniunctus.

IX. AVGVSTI.

V. IDVS.

בְּשָׁנָה

אַחֲרֵי

תְּשִׁוָּם בְּקָדְשָׁךְ

Hoc die recentes Iudæi credunt incensam esse urbem Hierosolymam à Nabuchodonosor & Tito. Quare hoc die ieiunia um strictissime seruant, incidentes nudis pedibus, & humi sedentes, & cum aliis partes Bibliorum recitant, continentest tristem aliquam historiam, tunc Threnos Ieremiæ ter perlegunt.

Hoc die VALENS Imp. in Oriente, VALENTIANI frater, Arianorum errore corruptus, cum crudelissime persecutus esset Episcopos & pastores pie de Domino nostro IESU CHRISTO iuxta doctrinam apostolicam & Symbolum Nicenum sententes, prælio infeliciter commissus cum Gotis, in pago quodam non procul ab Adrianopoli ab hostibus incenso combustus perijt anno Christi 381. etatis 50. impérij 16.

ΒΟΝΔΡΟΜΙΑΝ.

ΜΕΣΟΡΗ.

X. AVGVSTI.

III. IDVS.

LAVREN_TIVS.

Decimo die mensis λώου milites TITI non expectato mandato ducis, qui parcere uoluerat ædificio omnium magnificientissimo, TEMPLO HIEROSOLYMITANO IGNEM INICIVNT, post quam conflagrationem numquam instauratum est Templum, ut scribit Iosephus lib. 6. ἀλώσεως cap. 26. & 27. Qui addit, eodem die ante annos 617. à Nabuchodonosoris exercitu Templum Hierosolymæ exustum esse, inquiens: Θαυμάζει Δὲ τὸν οὐρανὸν φέποιδον πώλεις θύσαι, Εἰ μίνα γρῦπις ἔφει καὶ ἡμέραις ἐπετήρησε πώλεις θύστων, καὶ οὐ πρότοις οὐδὲ βαθυλοινῶν διαδεῖ σφεπλέκθει.

BAIAZETES II. Turcicus Imperator, SOLYMANNI annus, METHONEM urbem Peloponnesi munitissimam, quam tunc Veneti tenebant, post diurnam obfitionem occupauit, eiusq; loci Episcopum aliosq; nobilissimos in ciuitate uiros ad se pertraectos in conspectu suo mactari iusserit. Anno 1499. Iouius habet 1500.

ERICUS DVX BRVNVICENSIS DVCIS ERICI filius natus est anno 1528. minutis sex post tertiam matutinam.

Willichus Rostochiensis natus, H. 3. M. 50. post merid. Anno 1549. Rostochij.

XI. AVGVSTI.

B^N V.

III. IDVS.

ΛΑΦΩΣ,

FIDICVLAE occasus matutinus AVTVMNI initium afferebat Romanus. Plinius lib. 18.

L. Tarquinius Rom. Rex Damarati Fil. Priscus, de Sabiniis triumphum egit.

OTTO DVX LVNEBURGENSIS frater
Ducis ERNESTI mortuus est anno 1549. etatis 53.

ΒΟΝΔΡΟΜΙΔΝ.

ΜΒΣΟΡΗ.

XII. AVGVSTI.

PRIDIE IDVS.

Teritus
CHRISTIANVS REX DANIAE, ET NOR-
VEGIAE nascitur anno 1503. hora 13. minutis 56. post
meridiem. Mortuus Coldinge die 1. Iunij. Anna ¹⁵⁵³
Moritur soror uel Anna, inter 1. et 2.
horam post meridi. Post mortem Anna ¹⁵⁵³ 65.

XIII. AVGVSTI.

IDVS SEXTILES.

D^oS V.

A^QOZ:

L. Valerius Publicola Potitus C^{OS}. de Aequis triumphū
egit anno urbis 506.

M. Valerius Max. de Samnitibus & Soranis, anno urb.
441.

Q. Aemilius Barbula de Etruscis anno urb. 442.

SERVORVM DIES FESTVS, quod eo dicitur
tus crederetur Servius Tullus. Sex. Pompeius.

anno 1693 Den 13 Augusti Das Rijks
ing och minne Brodars Allayandrs fil
Johanneshof John till Zons, af Jan
van den Sag das Das nevann; John
zij Das intil till nevann af ing fil
bror till Johanneshof och till innest
fra hund fylle

und hafelick, tiderat acht
Friedrichson, offentlicke

BOHAPOMISN.

MEΣΟΡΗ.

XIII. AVGVSTI.
XIX. CAL. SEPTEMB.

GEORGIVS PRINCEPS IN ANHALT
ET ASCANIA, PRAEPOSITVS MAGDE-
BURGENSIS natu^s est anno 1507. hora 2. pomeridias
114.

solemne
mandato duces
tus est, magna constan-
confirmationem perferens, anno

ob ueritatis

XV. AVGVSTI.

XVIII. CAL. SEPTEMB.

בָּאַיִל
ΛΑΟΣ.

בְּאַב שְׁנִינָה

Hoc die celebrant Iudei coniuia, quo credunt captiuitatem Babyloniam mitigatam esse, & inchoari nouam anni partem.

MAGNENTIVS, qui Imperatorem laudatissimum CONSTANTEM, CONSTANTINI MAGNI filium, in cuius exercitu fuerat tribunus militum, nefarie per infidias occiderat, & imperium imusserat, ingenti prælio ui-
etus à CONSTANTIO hoc die sibi ipse mortem consciuit anno Christi 556.

HENRICVS VII. Imp. Lucelburgensis
uenti Hetruricæ urbe ueneno sublatus est dato
Mense pecunia corrupto à Senensibye.

ΒΟΝΔΡΟΜΙΔΝ.

ΜΕΣΟΡΗ.

XVI. AVGVSTI.

XVII. CAL. SEPTEMB.

Ἄθιναιοι πώλ προὶ ΝΑΞΟΝ ἡνίκων ναυμαχίαν, οἱ ΧΑΒΡΙΑ Στρατόγες, τῷ Βονδρομιῶνος προὶ πάνετέλων. Plutarch. in Camillo. De hac pugna idem Plutarchus in Phocione inquit: ἡνίκων ἡ μεγάλοις μυστήροις, κομῆτης ὀνοχόημα χαρεῖσας Ἀθηναῖοις καθ' ἔκαστον ἡγιεύτηκτης πί δέκα, τῷ Βονδρομιῶνος.

LEONHARDVS CAESAR natus in Bauarie oppido Rabb non procul à Patauio, vir integerrimus & piissimus, ob confessionem uerae & sincere doctrine Euangeli, sicut à Christo ipso & Apostolis ea tradita est, ab Episcopo Patauino aliquandiu in carcere detentus, postea iure sacerdotali solenni ritu spoliatus, & Magistratu seculari traditus, hoc die mandato ducis Bauarie in oppido SCHERDING crematus est, magna constantia atrocissimum supplicium ob ueritatis confirmationem perferens, anno Christi 1527.

XVII. AVGVSTI.

BB V.

XVI. CAL. SEPTEMB.

ΛΔΟΣ.

Ritu solenni introducta est in urbem PR VSSIAE REGIVM MONTEM ACADEMIA anno 1544. primo Rectore GEORGIO SABINO, quem cum alijs doctis viris amplis stipendijs illuc vocauerat ALBERTVS I. DVX PR VSSIAE MARCHIO BRANDENBURGENSIS.

Hoc die, quo erat Dnica in aula Stralsundi, in arce Hafniensi, Dns Petrus Oxe, non ita pridem ab exilio diuturno in fructu reuersus et Mtrj sua reconciliatus, sumus Regalis Curie Magister, qui a secundy est dignitatis gradus, et Dns Franciscus Brockenhysius, Mariscalcus huius regni promovens est, Anno 1566.

ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ.

ΜΕΣΟΡΗ.

XVIII. AVGV.

XV. CAL. SEPTEMB.

CONSVALIA celebrata Roma in honorem Neptuni quotannis, cum hoc die R O M V L V S Sabinas uirginis pelleetas Romanum praetextu ludorum Conso faciendorum rati puiasset. Plutarch. Romulo.

XIX. AVGVSTI.

XIII. CAL. SEPTEMB.

ΕΠΙ Β.
ΑΓΩΝΩΝ.

AVGVSTVS CAESAR moritur, cum compleisset annum etatis 76. ferè, anno post Christi natalem 15.

FRIDERICVS III. Imperator, Maximiliani pater tranquillissimè moritur anno Christi 1493. etatis uero anno 78. duobus annis maior Augusto Cæsare, & ab eodem tribus in imperio annis superatus, quod hic 53. annos, 4. menses, & dies totidem; ille 56. annos rexit. No: fuit illa die Ty.

Hoc die D. Anno 1579. Septembris 14 opt. f. h. m.
Eiusm. Regina coniuge, felicitate traxit
mare Balticum, ex promontorio Gittern, in
portum Dicatu Megalibungenis Wismarinde
perfunctuiter & honorifice recepta, ab illis
Sacko, opt. Princeps, Duce Utrico p. dno Wimber
Homo de Basedorf, verba facientia: me vero non
R. M. ut, ut S. m. Regina, respondens,

ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ.
ΜΕΣΟΡΗ.

XX. AVGVSTI.

XIII. CAL. SEPTEMB.

BERN.
HAR-
DVS.

Athenis celebrata sunt MY-
STERIA MAGNA.

THEBAE BOEOTIAE AB
ALEXANDRO MAGNO
EVNDITVS DELETAE SVNT.

Eodem die aliquantò post ATHENAE AB ANTI-
PATRO CAPTAE, & præsidio Macedonico onerate
sunt 20. die Βοηδρομιῶν. Plutarchus in Camillo. δυνά-
γων ἦν προτὶ τὸν τὸν μεταποτίσαντον καθέργον ἀντίσε ΘΗ-
ΒΑΙΤΟ ΚΑΠΟΚΑΦΙΘΥΝΤΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ, οὐδὲ μετὰ
ταῦτα φερόντων ἀνθισμοῖ μακεδονῶν ἐδέξαντο προτὶ αὐτῶν
πλειάδα τῷ βοηδρομιῶν, οὐ τὸν μυστικὸν ίακχον οὔ-
τουσιν. Idem in Phocione: δυ μικρὸν δὲ γῆρας πάθει προσέ-
θικεν δικαιοδότης, ἐκάδι γῆρας φερούσα βοηδρομιῶνος ἐισήχ-
θη μυστεῖον ὄντων, οὐ τὸν ίακχον οὔτε δειπνος ἐλευσῖνας
πέμπουσιν.

Roma VINALIA SECUNDIA celebrata sunt, &
flamen Dialis uindictam aufficabatur. Plinius lib. 18. cap.
29.

GEORGIVS FRONSPERGIVS clamans
moritur anno Christi 1528. etatis anno 54.
Sedentis in regno, et potentissimo principatu, dno
Fridericus secundus electus reg. Domus p.
Christiani tertij, felicissimi monachii, filius,
dormit ubiq. eleemosynis. Hafnia in templo
dicitur uirginitas Mariæ, regia solenitate
coronatione. Anno 59.

XXI. AVGVSTI.
XII. CAL. SEPTEMB.

Σεπτ
αριστ.

ΒΟΗΑΓΩΜΙΔΩΝ.
ΜΕΣΟΡΗ.

XXII. AVGV.
XI. CAL. SEPTEMB.

Extrema in cauda LEONIS mane
oritur.

XXIII. AVGVSTI.

X. CAL. SEPTEMB.

VVL CANALIA *Rome celebrata sunt, ut
testantur Epigrammata urbis Romæ fol. 165. B.*

L. Papirius Cursor II. C O S. triumphum egit de Samni-
tibus anno urb. 434.

38 v.

Ἄρος.

ΒΟΝΔΡΟΜΙΩΝ.

ΜΕΣΟΡΗ.

XXIII. AVGV.

IX. CAL. SEPTEMB.

SELIMVS Turcarum Imp.

Aegypti Sultanum Camporem prælio
superavit anno Christi 1516.

BARTO-

L'OMAE-
VS.

XXV. AVGVSTI.

28 V.

VIII. CAL. SEPTEMB.

ΑΓΩΝΩΝ

LVDOVL
CVS.

Anno 1518. quo Maximilianus has-
buit postrema comitia Augusta, VE-
NIT VVITEBERGAM PHIL.
LIPPVS MELANTHON.

Hoc die oct, inter 5 - 6. hora post merid.
sollici partu levita est, Sigris.⁹ David Regia
Dna Sophia, nata Duxissa Megalburgensis
filiam primogenitam, Principem ac Dnā
ELIZABETAM. Anno 1518.

Dic 25. proximi mēnsis Octobris, ipsius Il-
lust. in loco natali, in aere ruris Coldinga
baptizatur.

ΒΟΗΑΡΩΜΙΩΝ. XXVI. AVGVSTI.

ΜΕΣΟΡΗ.

VII. CAL. SEPTEMB.

DARII ingentibus copijs postremo prælio AD AR-
BELA uictis, et interfacto à cognatis Dario Rege in fuga,
ALEXANDER MAGNVS ASIAE IMPERIO
POTITVS EST, anno sexto regni sui, ante Christum na-
tum 329. Estq; hoc dic Monarchia à Persis translata ad Gra-
cos. Plutarch. in Camillo. Πέρσαι ἡγεμονεύει πέμπτη τοῦ θεία-
νοτος βοηαρωμίων εν ΑΡΒΗΔΟΙΣ.

M. Horatius Barbatus C. O. S. triumphum egit de Sabiniis
Anno urbis 306.

ERNESTVS dux Saxoniae Elector, Friderici F. Ducc.
Friderici et Iohannis Electorum pater, moritur anno 1486.

XXVII. AVGVSTI.
VI. CAL. SEPTEMB.

GEORGIVS ALBERTI F. DUX Saxonie nasci-
tur uiginti minutis post duodecimam meridiei anno 1471. mo-
tuus etatis anno 65. Christi 1539.

SS. V.

ΑΔΟΣ,

ΣΩΤΕΡΩΜΙΩΝ.

ΜΕΣΟΡΗ.

XXVIII. AVGV.

V. CAL. SEPTEMB.

**AVGVSTI
NVS.**

Moritur affinis natus Iacobus Petri
Malchini peste, Anno 1565.

XXIX. AVGVSTI.

III. CAL. SEPTEMB.

DECOL- Solymanno Imperatori cum du-
LATIO IO- centis millibus Turcarum Hungariam
HANNIS. ingresso, infelix REX LVDO-
 VICVS agens annum etatis 20. non
 expectatis auxilijs vicinorum, cum exiguis copijs, occurrit in-
 ter Budam & Quimque ecclesias, & ducum suorum importunis
 solicitationibus ad præliandum compulsus, & ab equitatu suo
 nudatus, dissipato à Turcis exercitu, ipse quoq; fugiens, in lo-
 co palustri ab equo collapso oppressus est, & 15. millia Chris-
 tianorum desiderata sunt, ac Buda antiqua Regum Hungariae
 corum sedes per deditio[n]ē à Turcis occupata est. Anno 1526.
 Iouius.

M O N A S T E R I V M urbs Anabaptistico furore
 diu vexata, post diurnam & difficilimam obsidionem capi-
 tur anno Christi 1535. quem indicant hi uersus.

Certa sub aduerso stat nulla potentia Christo,
 Que non constituit, non beat illa D E V S.

ΒΟΝΔΡΟΜΙΑΝ.

ΜΕΣΟΡΗ.

XXX. AVGV.

III. CAL. SEPTEMB.

XXXI. AVGVSTI.
PRIDIIE CAL. SEPTEMB.

B. V.

ΑΓΩΝΩΝ.

Natalis duorum Imp. C. CAESARIS CALIGV-
LAE, ET COMMODI ANTONINI, qui ambo ex
optimis patribus prognati, GERMANICO & MAR-
CO ANTONINO, ab illorum uirtute degenerantes,
fœdissima portenta, & monstra generis humani fuerunt,

SEPTEMBER.

לְאַלְפָן ELVL.

SEXTVS.

ΓΟΡΠΙΑΙΟΣ.

S VID. γορπιάος μὲν ὁ σεπτέμβριος ΗΠ Μακεδόν-
ων, ubi male legitur γορδιάθ.

MAIMAKTHPIΩΝ.

Dicitus etiam ΜΥΣΤΗΡΙΑ ἀ feste, ut Galenus testatur
lib. 4. de tuenda sanitate: ἐσὶ μὲν ὠραιότατον τῆς Ἐλάτης
ἡ αἴγμα περὶ πώλη ἐπιτράπη ἡ ἈΡΚΤΟΥΡΟΣ, οὐσία
καυξός ἐν ἑώμη ὁ καλέρινος μὲν σεπτέμβριες δῖν, εὖ
προγάμω σὲ ταῦτα ἡμῖν ἔπιφθορεταί θ., Ἀθηνῶσι δὲ
ΜΥΣΤΗΡΙΑ.

ΘΩΘ.

ÆGIDIUS celebrat MARIÆ virginis ortum,
Quo cōbūsta dīe Solymorum mœnia narrant.

Y,